



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXXIV. De Treuga & pace.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Episcoporum constituuntur. *Carpzov. libr. 1. Jurisprud. Consistor. tit. 2. def. 19. num. 1.* adeoque immediate absque ulla presentatione ab ipso Principe eorum vocatio dependet. *vid. Carpzov. d. l. num. 5.* Constitui autem solent quatuor Juris Episcopalis capita; Ordo nimirum, Lex Diocesana, Jurisdictio & Dignitas. *Laur. Obsm. de Jur. Episc. §. 15.* Ad ordinem pertinet prædicatio verbi divini, administratio Sacramentorum, potestas clavium, ut & ordinatio ministrorum Ecclesiæ: quæ a Pastoribus expediuntur, ac inspectio Superintendenti in sua diocesi, competit, qui, si res postulat, ad Consistorium causam majoris momenti deferre debet. *Videantur ordinationes Ecclesiastica.* Ad Legem Diocesanam referunt administrationem bonorum Ecclesiasticorum; it. visitationem Ecclesiarum: de cujusmodi causis Consistoria disponunt: Jurisdictioni Ecclesiasticæ accensent Episcopalem audientiam, personas clericorum & causas Ecclesiasticas seu spirituales concernentem: quam iidem exercent Consistoria & Superintendentes *Add. Instrum. Pac. art. 5. §. 16.* Vide hæc latius & optime exponentem *Dn. Vit. Ludov. von Seckendorff teutscher Fürsten-Staat part. 2. cap. 11.*

## De Treuga &amp; Pace.

## TIT. XXXIV.

Officium eorum, qui in Ecclesia Christiana præsent jurisdictioni, in eo fere consistit, ut per amicam potius conventionem sopiantur lites, sive publicæ sive privatae, quam ut ab incerto even-



tu pendeant, quo spectant libri huiusmodi sequentes.

1. *Quid est Treuga?*

*Vide l. 19. §. 1. de capt. & postlim. revers.* **T**reuga (Italica vel Gallica quam Latina nomenclatura) dicitur duciæ & cessatio ab armis ad certum diem dantur, vel quod in dies otium habeant.

2. *Quotuplex est Treuga?*

Duplex: vel enim induciæ sunt Conventionales, quæ ex conventionis & pacto belligerantium recipiuntur; quia & hosti data fides est: vel *Canonica*, ex dispositione nonum; quin in Quadragesima, & aliis quibusdam diebus voluntate sine ab armis. Deinde statuitur etiam tempore belli Sacerdotes & Milites, mercatores & agricolæ, item familia, quorum usus est in arando, effectus duciarum fruuntur.

*Can. Noli vers. fides XXIII. q. 1. c. 1. b. t.*

3. *Quid pax?*

Est conventio, per quam, ut dicitur, inter Principes componatur, fides & vitæ quies utrinque promittitur. Aliquando extenditur etiam ad com-



tionem eorum, qui sunt subditi; quo ta- *cod. in Ex-*  
 men casu non tam Pacis quam Concorda- *travag.*  
 torum nomine utimur. *con.*

## De Pactis.

## TIT. XXXV.

Quia plerumque & fere semper est dubi-  
 us litis eventus, solent litigantes, si fie-  
 ri possit, controversias privatas inter se  
 componere per pacta & transactiones,  
 atque ita discedere a litibus.

## 1. Quid est Pactum?

Pactum seu Pactio, definiente Ulp. J. C.  
 est duorum vel plurium in idem  
 placitum consensus. Dicitur, *in idem c. 1. §. 2. D.*  
*placitum*, hoc est, in eandem conventio- *De pact.*  
 nem, ad aliquid dandum vel faciendum:  
 quia placitum idem significat quod con-  
 ventum.

## 2. Quotuplex est Pactum?

Pacta varie dividuntur, quas divisio-  
 nes ex jure civili & Wesenb. *ad D. h. t.*  
 repetere licet. Præcipua, & quæ maxi-  
 me est hujus loci, divisio est hæc, quod  
 Pactorum alia sint *nuda*, quæ in puris  
 placiti seu conventionis stant terminis,  
 neque causam aliquam habent obligan-  
 di.